

- de^a) apostolico et inperatore^b), qui ibi fuerunt concordati. Tunc Alexander papa Rome rediens ad suam dignitatem, et alii episcopi multi, quos cesar fugaverat, ad dignitates suas revertentes; cesar etiam
 c. 327. obtinuit suam litem et uxorem ultimo ductam. Nolebat etiam absolvi ab
 183. a apostolico, quia dicebat eum^c) non posse excommunicare.
 Urbanus papa Tunc papa fuit contra¹) episcopum Ulricum de Halber-
 c. 328. an. 2. stat. Iste episcopus edificavit Langenstein. Hoc defendit
 ei dux H(einricus), qui edificatum combussit. Postmodum iterum episcopus
 edificavit cum adiutorio Wichmanni episcopi de Meidebure, tunc nullus
 184. defendere potuit. Dux H(einricus) tunc misit unum ba-
 Gregorius papa ronem²) clam in terram ad spoliandum et cremandum,
 men. 4. per quod exercitum de edificio vocaret; istud patefactum
 fuit, et venerunt orientales cum propriis suis et convenerunt cum in-
 cendiariis et pugnaverunt cum eis circa unam paludem et ceperunt
 Symonem comitem de Tekenenbure cum trecentis militibus. Tunc prin-
 185 e. cipes omnes conquerebantur super ducem H(einricum).
 c. 329. Clemens III. an. 4. Et Theodericus marchio allocutus est eum cum duello, quod
 c. 350. super Slavos³) cremabat^f) et terram Lusacie. Deinde cesar⁴) venit
 Brunswick, et congregato exercitu irruit super episcopum de Meidebure,
 qui cesari occurrit in multitudine exercitus, et victus est, et cesar milites
 multos cepit. Post hec cepit episcopus⁵) Fridericum de Bare^g), quem
 c. 352. duxit in Grunberc, et sibi potenter^h) est receptus. Deinde cesar Fri-
 (dericus)⁶) venit cum exercitu Mersebure, ubi Fridericus rex locaverat
 curiam; quod defendit, et cremabat Thuringiam et cepit Guntherum comi-
 tem de Kevernberc. Tunc iterum exibant Bohemi et venerunt Quittelin-
 c. 353. genbure et redierunt; tunc percussaⁱ) regina Ungarie. Item diluvium fuit
 in partibus aquilonis, quod civitates et ville cum hominibus^k) infi-
 nite perierunt. Postea dux cum fratre^l) suo Friderico⁷) expugnaverunt
 c. 354. Lobene, quod fuerat⁸) marchionis de Mysna. Iste marchio obsederat
 Achis, sed non expugnavit. Deinde idem Lipze expugnavit et fregit et
 iterum [volebat redire Achis, tunc venit cesar]⁹) [du]ci Hen(rico) i[n] ad-
 iutorium et transierunt Albeam et totam terram devastaverunt et sunt
 reversi. Deinde fames valida invaluit per biennium. Rex vero Fridericus
 Stecfort^m) cremavit. Item langravius Hermannus obiit. Inⁿ) secundo
 anno cesar Aschersleben cremavit,

(B inserit: Iste Fridericus imperator, vir catholicus — — 7 pape fuerunt: Ex Chr. Min. p. 192. 193 praeter ea quae ibi uncis inclusa sunt. Post Gregorium Clemens eligitur. Hic constituit tempus — — ducat in uxorem. Anno autem 3. pontificatus Celestini pape prefatus cesar submersus est: Chr. Min. p. 193. 194.

Heinricus filius Friderici imperatoris adeptus est imperium. Eo tempore

a) 'Alexandro' superser. add. B. b) 'Fri(derico)' add. B. c) 'se' add. B. d) '112' hic et '113. 114' in sequent. minio superser. A. e) '195' A. f) sic B; 'cremabaret' corr. 'cremabat'? A. g) sic A. B. h) 'violenter' B i) 'est' add. B. k) 'omnibus' B. l) 'fratri' B. m) 'Stecvort' B; 'Stasforde' Chr. Sax. n) 'et cesar' B.

1) 'satte do weder' (restituit) Chr. Sax. 2) 'en here' (exercitum) Chr. Sax. 3) 'dur dat de Wenede hadden gebrant de marke to Lusiz'. Chr. Sax. 4) Otto IV. V. supra p. 175. 5) Immo 'veinc her Vrederich van Kare den bischof'. Chr. Sax. 6) Otto, ut habet Chr. Sax. 7) Sic noster male cum codice 10, ubi 'Swedekumme de bürg' exciderunt et nomen falso additum est. 8) 'wart üyg Lopene verraden deme marcgreven' Chr. Sax. 9) Abhinc omittit interpres constanter nomen Ottonis.